



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

In this case, the document is evidence of the existence of a lost Roll, rather than a Roll itself.

For more details of the original court rolls and other documents, please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original document.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original document, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll

22 Apr 1592 [34 Eliz. I]

N.B. This Roll is not extant, but the two transactions below comprise Muniments 392 and 393 respectively, and must have been included in a Roll of this date.

Dulwytch

¶ Visum Franci plegii cum Curia Baronis Francisci Calton Armigeri domini Manerii de Dulwytch predicte ibidem tenta die sabati scilicet vicesimo secundo die Aprilis Anno regni domine nostre Elizabeth dei gracia Anglie Francie & Hibernie Regine fidei defensoris &c Tricesimo quarto

¶ Compertum est per homagium ac iidem homagium super sacramentum suum presentant quod Maria Wright una filiarum & coheredum Ricardi Wryght defuncti que de domino huius Manerii tenuit sibi & heredibus suis per Copiam rotulorum Curie Manerii predicti ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerii illius ac per redditus & servicia inde prius debita & de iure consueta quartam partem unius mesuagii sive tenementi & quindecim acrarum terre arabilis per estimacionem in Dulwytch predicta existentis terre Custoumarie & native Manerii predicti nuper Lanes Lande & postea Johannis Croftes que quidem mesuagium & quindecim acrae terre native cum pertinentiis prefate Marie ac quibusdam Katerine Wryght Elene Wryght & Agneti Wryght ut filiabus & heredibus predicti Ricardi Wryght per descensum hereditatis secundum consuetudinem manerii predicti descenderunt citra ultimam Curiam hic tentam scilicet quinto die Februarii anno regni dicte domine Regine nunc tricesimo quarto extra Curiam Manerii de Dulwytch predicta coram Johanne Adye generoso Senescallo Manerii predicti apud Greyes Inne in Comitatu Middlesex venit & secundum consuetudinem Manerii predicti ad tunc & ibidem extra eandem Curiam eiusdem Manerii sursumreddidit in manus Nicholai Foster & Elizei Parrye duorum tenentium Custoumariorum Manerii predicti in presentia Christoferi Cursons tenentis Custoumarii Manerii predicti hoc testantis totam predictam partem sive purpartem ipsius Marie scilicet predictam quartam partem predicti mesuagii sive tenementi & quindecim acrarum terre arabilis per estimacionem in Dulwytch predicta Excepto quodam Cottagio nuper parcello premissorum modo in occupacione Johannis Hudson Ea intencione quod iidem Nicholai & Elizeus tenentes Custoumarii predicti ad tunc proximam Curiam Baronis Manerii predicti saltem [scilicet] ad istam eandem Curiam eandem quartam partem predictam messuagii [sive tenementi] & quindecim acrarum terre cum pertinentiis nomine & loco eiusdem Marie secundum consuetudinem manerii predicti per manus ipsorum Nicholai & Elizei ad usum Thome Parrye heredum & assignatorum

suorum imperpetuum sursumreddiderent in manus domini Qui quidem Nicholaus Foster & Elizeus Parrye modo presentes hic in Curia nomine & loco ipsius Marie sursumreddiderunt in manus domini per manus ipsorum Nicholai & Elizei predictam quartam partem predicti mesuagii & quindecim acrarum terre arabilis cum pertinenciis ad usum predicti Thome Parrye heredum & assignatorum suorum imperpetuum secundum intencionem sursumreddicionis predicte Cui quidem Thome Parrye modo presenti hic in Curia in propria persona sua dominus per Senescallum suum concessit de predicta quarta parte tenementorum predictorum cum pertinenciis seisinam tenendum eidem Thome Parrye heredibus & assignatibus suis de dicto domino huius Manerii per Copiam rotulorum Curie ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerii predicti per virgam & per redditus & servicia inde prius debita & de iure consueta Et fecit domino inde fidelitatem Et dat domino de fine inde xxx<sup>s</sup> Et admissus est inde tenens per virgam &c

¶ Compertum est per homagium ac iidem homagium super sacramentum suum presentant quod Thomas Warde & Katerine uxor eius una filiarum & coheredum Ricardi Wryght defuncti qui in iure ipsius Katerine de domino huius Manerii tenuerunt sibi & heredibus ipsius Katerine per Copiam rotulorum Curie Manerii predicti ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerii illius ac per redditus & servicia inde prius debita & de iure consueta quartam partem unius mesuagii sive tenementi & quindecim acrarum terre arabilis per estimacionem in Dulwytych predicta existentis terre Customarie & native Manerii predicti nuper Lanes Lande & postea Johannis Croftes que quidem mesuagium & quindecim acrae terre native cum pertinenciis prefate Katerine ac quibusdam Elene Wryght Agneti Wryght & Marie Wryght ut filiabus & heredibus predicti Ricardi Wryght per descensum hereditatis secundum consuetudinem manerii predicti descenderunt citra ultimam Curiam hic tentam scilicet quinto die Februarii anno regni dicte domine Regine nunc tricesimo quarto extra Curiam Manerii de Dulwytych predicta coram Johanne Adye generoso Senescallo Manerii predicti apud Greyes Inne in Comitatu Middlesex venerunt & secundum consuetudinem Manerii predicti adtunc & ibidem extra eandem Curiam eiusdem Manerii (eadem Katerina inde sola & secreta per dictum Senescallum Manerii predicti secundum consuetudinem manerii illius examinata existens) sursumreddiderunt in manus Nicholai Foster & Elizei Parrye duorum tenentium Customariorum manerii predicti in presentia Christoferi Cursons tenentis Customarii Manerii predicti hoc testantis totam predictam partem sive purpartem ipsorum Thome & Katerine in iure ipsius Katerine scilicet predictam quartam partem predicti mesuagii sive tenementi & quindecim acrarum terre arabilis per estimacionem in Dulwytyche predicta Excepto quodam Cottagio nuper parcello

premissorum modo in occupacione Johannis Hudson Ea intencione quod iidem Nicholaus & Elizeus tenentes Customarii predicti ad tunc proximam Curiam Baronis Manerii predicti scilicet ad istam eandem Curiam eandem quartam partem predictam messuagii sive tenementi & quindecim acrarum terre cum pertinentiis nomine & loco eorundem Thome & Katerine secundum consuetudinem manerii predicti per manus ipsorum Nicholai & Elizei ad usum Thome Parrye heredum & assignatorum suorum imperpetuum sursumreddiderent in manus domini Qui quidem Nicholaus Foster & Elizeus Parrye modo presentes hic in Curia nomine & loco ipsorum Thome & Katerine sursumreddiderunt in manus domini per manus ipsorum Nicholai & Elizei predictam quartam partem predicti mesuagii & quindecim acrarum terre arabilis cum pertinentiis Ad usum predicti Thome Parrye heredum & assignatorum suorum imperpetuum secundum intencionem sursumreddicionis predictae Cui quidem Thome Parrye modo presenti hic in Curia in propria persona sua dominus per Senescallum suum concessit de predicta quarta parte tenementorum predictorum cum pertinentiis seisinam tenendum eidem Thome Parrye heredibus & assignatibus suis de dicto domino huius Manerii per Copiam rotulorum Curie ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerii predicti per virgam & per redditus & servicia inde prius debita & de iure consueta Et fecit domino inde fidelitatem Et dat domino de fine inde xxx<sup>s</sup> Et admissus est inde tenens per virgam &c.